



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**AntiLutherus Judoci Clichtouei Neoportuensis. Doctoris  
Theologi, Academiae Parrhisie[n]sis**

**Clicthove, Josse**

**[Köln], 1525**

**VD16 C 4189**

No[n]nulla Lutheri dicta, quibus sua[m] astruit libertatem Christiana[m],  
hoc in libro improbanda. II.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36183**

Huius Lutherus: auus, pater, nepos: cuiusque fidelium summopere fugienda.  
 ¶ Nonnulla Lutheri dicta: quibus suam astruit libertatem Christianam, in hoc libro improbanda.

Ca. II.



Erunt ne gratis & citra rationem, hæc de Luthero modo adducta dixisse uideamur: opere precium est in præsentia afferre aliquas eius assertions & uerba, quæ de promunt illam suam libertatem Christianam, quam tantopere extollit: ut ea demum à nobis com-  
 modius retulerentur, ne quis etiam fortasse nos insimulet calumnie & falsæ in eum criminationis: quodque ascripserimus illi infandos errores, quos nunquam ipse asseuerauerit aut disseminauerit. ¶ Itaque I. in libro suo, de libertate Christiana inscripto, in primis sentit Lutherus, pontifices & primarios ecclesiæ pastores nullam habere auctoritatem constituendi sanctiones ecclesiasticas: à populo Christiano obseruandas, illasque prorsus abijci debere: tanquam leges tyrannicas, humeris subditorum impositas. Eius uerba sunt hæc. Fortiter resistendum est magistris traditionum, & leges pontificum acriter uituperanda: quibus in populum dei grassantur, & laqueis suarum traditionum eos captiuant: immo impij illi tyranni suis legibus illum tenent captiuum: qui tamen nihil iuris habent condendi eas leges, hæc ille. ¶ Insuper II. illorum quæ ecclesia suis constitutionibus fieri iubet, obseruationem: nihil ad iustitiam homini prodesse, astruit Lutherus, neque illorum prætermissionem: inducere reatum peccati aut dispendium salutis. Et id quidem, hoc uerborum schemate. Constat nullam prorsus rerum externarum (quocumque censeatur nomine) aliquid habere momenti ad iustitiam aut libertatem christianam: sicut nec ad iniustitiam aut seruitutem parandam. Nihil profuerit: si corpus sacris uestibus more sacrorum ornatur, aut locis sacris uersetur, aut officijs sacris occupetur, aut oret, ieiunet, abstineat certis cibis, & faciat quodcumque per corpus & in corpore fieri potest. Longe alia re opus erit ad iustitiam & libertatem animæ. cum ea quæ dicta sunt, geri possint à quouis impio, nec his studijs alij quam hypocritæ euadant. E diuerso nihil oberit animæ, si corpus uestiatur prophanis, edat, bibat communiter, non oret uoce, omittatque omnia quæ superius dicta fieri poterunt. hæc ille. ¶ Rursum, idem ea quæ in euangelio continentur aperte, sola esse III. Christiano populo ad salutem necessaria ac sufficiens subinsinuat.

LIBER PRIMVS

nihilq; credendū esse aut agendū à quopiā: quod in euangelio nō  
 » exprimat. Quā quidem sententiā: his subindicat uerbis. **V**na re,  
 » atq; sola opus est: ad uitā, iustitiā, & libertatē Christianā. Ea est sa-  
 Ioan. 11. » crosanctum uerbū dei: euangeliū Christi, sicut dicitur Ioannis 11.  
 » **E**go sum resurrectio & uita, Qui credit in me: etiā si mortuus fue-  
 » rit, uiuet. & omnis qui uiuit & credit in me: non morietur in æter-  
 Mat. 4. » num. **E**t Matthæi 4. Non in solo pane uiuit homo: sed in omni  
 » uerbo quod procedit de ore dei. Certū ergo habeamus & firmiter  
 » positū: animā posse omnibus rebus carere, excepto uerbo dei, sine  
 III » quo non est salus. hæc ibi. ¶ Insuper astruit idē, nullā legē aut re-  
 » gulam ecclesiasticam homini esse necessariā ad salutē: sed per solā  
 » fidem etiā Christianū sine operibus esse liberū ab omni lege,  
 » atq; constitutione per ecclesiā ordinata. **H**æc autem quicquid lu-  
 » bet agēdi licentiā, solutioreq; uiuendi cōditionē, his insinuat uer-  
 » bis. **C**um opera neminem iustificēt, & hominem oporteat esse iu-  
 » stum anteq̄ operetur bonum: manifestissimum est solā fidē esse, q̄  
 » ex mera dei misericordia per Christum in uerbo eius personā di-  
 » gne & sufficienter iustificet & saluet. & nullo opere, nulla lege:  
 » Christiano homini opus esse ad salutem. cum per fidē liber sit ab  
 » omni lege: & ex mera libertate omnia gratuito faciat, quæcūq; fa-  
 V » cit. hæc ille. ¶ Præterea, summorū pontificum pastorumq; ecclesia-  
 » sticorum mandata, facienda permittit: non tanq̄ ad iustitiā aut  
 » salutem necessaria, sed duntaxat ad aliorum exemplum & rectā  
 » institutionem. Ita enim ait. **Q**uæ papa, episcopi, & pastores man-  
 » dant, liber Christianus facit: non tanq̄ illa ad iustitiā aut salutem  
 » sint necessaria, sed ad aliorum exemplum. **E**t uocāt illa præcepta  
 » ecclesiæ: cum sint nihil minus. **E**t paulo post. **Q**uodcūq; (inquit)  
 » opus non fit ad castigandū corpus, uel ad proximi obsequium: nō  
 » est bonum nec Christianum. **E**t rursus. **O**ratio, ieiunia, fundatio-  
 » nes, fieri non debent, ut quis sibi aliquid cōmodi tēporalis aut eter-  
 » ni cōparet: sed ad proximorum obsequiū. **H**æc ille. **I**n quibus uet-  
 » bis adiecit consulto, opus bonū fieri debere ad castigandū corpus:  
 » quoniam sentit, opera bona corpus afflictiōe (ut ieiunia, discipli-  
 » nas, labores) eo tantum animi proposito fieri debere: ut per ea cor-  
 » pus nostrū castigetur. **V**nde de huiusmodi operib⁹ loquēs, homi-  
 » ni necessarijs ad subdendam carnem spiritui: ait. **V**erum ea opera  
 » oportet

oportet non ea fieri opinione: quo per ipsa, coram deo iustificetur  
 quisq̄. Hanc enim falsam opinionē, fides nō feret: quā sola est iu-  
 stitia corā deo. sed solum ea opinione: ut corpus in seruitutē redi-  
 gatur. & purificetur à concupiscentiis suis malis, ita ut oculū non  
 uertat: nisi ad concupiscentias expurgandas. Hæc ibi. Sed q̄ aliena  
 sint ista à ueritate: sequens noster ostēdet sermo. ¶ Rursum, absti-  
 nentiā à carnibus & ieiuniorū obseruationē admittit Luther⁹ fie-  
 ri debere: ad euitandū scandalū infirmorum ac pusillorū. Illo autē  
 excluso, & coram ijs qui contendunt illa fieri debere ex uiconsti-  
 tutionis ecclesiasticæ: expedire dicit, q̄ infringantur ac soluantur.  
 Quod hisce uerbis adaperit. Corā pusillis & infirmis, propter scā-  
 dalum expedit obseruare ieiunia, & abstinere à carnibus: ne detur  
 impedimentū salutis eorū. Sed coram alijs qui uolūt pertinaciter  
 & rigide præcepta ecclesiæ seruari: expedit illa soluere & infringere.  
 Et rursum. Beata uirgo (inquit) secundum legē Moysi purifi-  
 cari uoluit, non quia indigebat: sed ne alios scandalizaret, aut legē  
 uideretur contēnere. Et Paulus Timotheū circūcidit, nō quia o-  
 pus illi erat circuncisione: sed ne quenq̄ offenderet. Sed & Chri-  
 stus soluit didrachma: ne scandalizaret alios. Ita & omnium aliorum  
 opera (ait) sunt libera: non ad iustitiā necessaria, sed tantū ad alioꝝ  
 exemplum & obsequium facta, hæc ille. ¶ Postremo, ritus ac ceri-  
 monias, in officio ecclesiastico institutas ac obseruari solitas, tan-  
 tū instrumenta dicit esse paruulorum & imperfectorū: quibus ad  
 perfectiorem animi statum tanq̄ adminiculis subuehantur. Cum  
 uero iam prouecti fuerint ad altiorē perfectionis gradum: ipsa ritu-  
 um ecclesiasticorum genera, tanq̄ superuacua perhibet esse reijci-  
 enda, neq̄ amplius in usum accommodanda. Quod his innuit uer-  
 bis. Cerimonie, in uita Christiana, alio loco non sunt habende: q̄  
 apud fabros & artifices illa præparamēta, ad ædificandū & operā-  
 dū disposita: quæ peracto ædificio nō manent, ita imperfectis: ceri-  
 monie sunt in usum ad tempus. cū autem euaserint perfecti: sunt  
 reijciendæ. hæc ibi. ¶ Sunt præterea eodem in libro nonnulla,  
 eiusdē oīno farinę, placita Lutherana: nō minus absurda & ipia, q̄  
 hæc ipsa q̄ modo citata sunt. Sed uisum est, hæc septē tātūmodo di-  
 cta, sparsim ex eo collecta opusculo: in præsentia pferre (quib⁹ cir-  
 ca finem huius libri, à uicesimo quarto capite ad calcē usq̄: singu-  
 latim

Lucę 2.

Actu. 16

Mat. 17.

VII.

## LIBER PRIMVS

latim adhibebatur responsio) ut ex illis explorata haberetur ipsius de Christiana libertate (quã prædicat) sententia: sequentibus in locis diffuse conuellenda. ¶ Audistis itaq; d̄ cãdidi lectores bestia ipsam: sua uerba resonantẽ, nõ quidẽ ut illis fides habeatur, aut deferatur autoritas: sed ut liberiore frõte à nobis ipsa dehinc relantur. Audistis & horrifonã Lutheri tubã, magno buccinãtẽ clãgore: & ad libertatis beneficiũ, omnes alto classico passim uocantem. Et tanto quidem proposito bono ac præmio, inescari possent facile multi, cateruatimq; ad hunc feralem tubã Lutherianã sonitũ accurrere: nisi latentis sub melle ueneni occultãq; fraudis eẽnt ante admoniti. Cæterũ quisquis suã salutem recte consultum uoluerit: non præcipitet gressum, nec statim accurrat ad huiusce buccinã crepitum. Intelligat ante ex ijs quã dicturi sumus, propositã libertatis conditionem: & tunc demũ ueritatis iter amplectatur.

¶ Præter ea quã sacrum continet euangelium: tempore apostolorum fuisse pleraq; constituta, ad rectã totius ecclesiã moderationem.

Cap. III.



**V**t autem solida basi nostrum nitatur ædificium, id ante omnia occurrit monstrandum: ab ipsa ecclesia & pastoribus eius recte constitui posse leges & regulas in christiana professione uiuendi, haudquaquã in euãgelico contextu aperte positas. ad quas obseruandas, omnes fidei sacris initiati obstringantur tam arcto uinculo: ut earum transgressores, peccati mortalis incurrãt reatum. Nempe in ipso nascentis ecclesiã exordio, & cum adhuc in prima exurgeret, ut lactens, infantia: id ipsum à sanctis apostolis (quando ecclesiã fabricã prima iecerunt fundamenta) factitatum comperimus. ¶ Non meminit siquidem euangelium neq; sancit manifeste: abrogandã esse circuncisionẽ, nec cærimonias Mosaicã legis sustollendas. cum de seipso contestetur Christus: quod non uenerit soluere legem aut prophetas, sed adimplere. Attamẽ beatus Paulus, euangelica tuba altum personans: Galatis ex gentilitate ad Christum conuersis scribit. Si circuncidimini: Christus uobis nihil proderit. Et nequis eum id proprio sensu dixisse causetur: audiat ipsum in fronte illius epistolã aperte contestantem, se nõ ab homine accepisse nec didicisse quod illis euãgelizauerit uitã institutũ, sed per

Mat. 5.

Gala. 5.

Gala. 1.